
Antiquitates Romanae.

Pomponii Laeti: De Romanorum magistratibus, sacerdotiis, iurisperitis et legibus libellus.

Impress. Crac. per Hier. Victorem. 1518.

Plonyg 258

4223



Constat medium alterum

POMPONII LAETI, DE ROMA, norum Magistratibus, Sacerdotiis, Iurisperitis, & legibus Libellus.

1669

POMPONII LAETI, DE ROMANORVM MAgiſtratibus, Sacerdotibus. IVriſperitis, & Legibus. ad. M. Pantagathum libellus.

DE REGIBVS.

VRBIS Romæ & Imperii Romani conditor Romulus Marte genitus fuit. is poſtq̄ omni/um cõſenſu præfuit, legem tulit, ut nemo re/gnum, aut magiſtratum iniret, niſi auctor fie/ret deus, ipſeqꝫ per auſpicia cõfirmari uoluit. Vocabulum a regendo deductum eſt. Multitudinem omnẽ Romulus diuiſit in partes tres, quas Tribus appellauit, & ſingularũ tribuũ duces, tribunos nominauit. Et ipſas tribus in xxx. partes diuiſit. Curias dixit, quoniã earum curã, reſpublica ſententiam expediebat. & inde latæ ab regibus quædam leges, Curiatæ denominatæ ſunt. Curiarũ præfectos curi ones dixit, & Curionnũ decuriones. L. Papirius, qui fuit tẽ pore Tarquinii Superbi latas leges in uolumina redegit. Vnde Iuris ciuilis Papyriani nomen deducirur. Rex ſacri ficiis, templis, & omni cultui deorum, & legibus & mori/bus præerat, magnarum cauſarum iudex. minorum uero cauſarum, ſenatum uoluit eſſe ipſe Romulus iudicem.

DE MAIESTATE REGIS.

ROmulus ut habetur honor ac ueneratio Regiæ maieſtari, purpurea uſus eſt ueſte. xii. legit qui ſuccinctis ueſtibus expediti, multitudinem uir/gis coercerent, eos a ligandis hominibus (ut. C. Val/gius meminit) Lictores appellauit. ut eſt, lictor colliga manus. xii. & hi faſces ante Regem ferebant, ac toti/dem ſecures, quæ ſigna puniendi erant. legit & Regii cor

poris cuſtodes, milites. ccc. quos a ꝓmptitudine, id eſt ce/leritate, celeres appellauit. & eorũ ducem, Tribunũ celeꝵ. Cuius erat ſcđus poſt regẽ locus. Valeriꝰ Antias aita pri mo eoꝵ duce, cui Celer nomẽ fuit, celeres noĩatos. Ii erant equites Romani, q̄ poſtea expugnato Troſſulo oppido Tuſcorũ (ut Iuniꝰ ſcribit) Troſſuli dicti ſũt. Sella uſus eſt curruli, & locũ eminetẽ in ꝑte fori ædificauit, ubi iura da/ret.

DE SENATORIBVS.

SEnatores a Romulo electi centũ, aut a nobili tate generis, aut ab ætate, aut a ſapientia, ut apud Athenas, nomẽ cœpere, iidẽ patres, & eorũ familia patricia. iidem multitudinis pa/troni, ideſt defenſores erant. Hos appellabant peregrini, Principes in ciuitate. Qui poſt hos centũ, ſenatui aſcripti fuere, Patres cõſcripti appellati ſunt, qđ uero ipſi cõſtitu/erẽt ratũ erat, Senatuſconſultũ dixere. & tũc eſſe cœpit, cũ plebs difficulter cõueniret. Nã cũ a patribus ꝑ diſcor/diã ſecederet, iura ſibi cõſtituit, quæ Plæbiſcita uocãtur.

DE POTEState SENATVS. ET PLæBIS.

REx ad Senatum referebat. Senatus de omni re cognoſcebat, & ſuffragium ferebat, & quod ui/ſum pluribus fiebat. Populus magiſtratũ crea/bat, leges ſciebat, & de bello decernebat.

DE INTERREGE.

SPacium tẽporis a defuncto Rege uſqꝫ ad crea/tionem ſequentis, Interregnũ dicebatur, & qui præerat cũ regia poteſtate & inſignibus, Interrex erat.

TVllus Hoſtilius rex, duũuiris poteſtatẽ fecit iu/dicãdi de capite. M. Oratii, qui ſolꝰ ex Trigemi/

nis bello Albano remanserat, & reus accersitus, quod extra portā Capenam obuiā sororem interfecerat, quæ maritum suum, unū ex Curiatiis cæsis ducendo, uictoriā & libertatē populi Romani ægre ferre uidebatur, sed absolutus a populo fuit ꝑpter patris lachrymas. Nam dixerat Tullus, Si prouocarit prouocatione certaret. Et hæc fuit prima apud populum prouocatio, & hoc primum de rebus capitalibus iudicium.

DE PRAEFECTO VRBIS.

ROmulus unū elegit, quem urbanis negociis præfecit, ut Dionysius ait. hunc præfectū urbis fuisse satis constat. Longo post tempore tantū sibi iuris præfectura uendicauit Cæsarum tēporibus, ut crimina omniū in urbe cognosceret, & demum cū Cæsares ab urbe abessēt, præfectus uelut alter Cæsar imperabat. de rebus omnibus, quæ ad urbem pertinebant, censebat.

DE PRAEFECTO PRAETORIO.

PRæfectus prætorius, sub Cæsaribus disciplinæ militari præerat, eius postea auctoritas aucta erga forenses causas, ubi imperiū declinare cœpit nomē mutauit, magister stabuli dictus, cū antea sub regibus Tribunus celerū fuit. & sub Dictatore mḡr equitū.

DE PRAEFECTVRA ANNONAE.

DIcunt quidā Annonæ præfecturā habuisse initium. xv. āno post exactos reges, Appio Claudio Sabino, & P. Seruilio Prisco cons. sed uerius cōstat anno. xviii. T. Gecanio. P. Minutio cons. quo tēpore annonæ maxima caritas fuit, missiq; in Siciliam fuere. P. Valerius, & L. Geganius pro aduehēdo frumēto. Volūt

alii. L. Minitium fuisse primū annonæ præfectū, satisq; cōstar nō nisi exindigentia frumenti, hūc magistratū creari.

DE PRAEFETCO VIGILVM.

CVm urbis ædificia sæpenumero incendio flagrarent. diuus Augustus qnq; cohortes, ut inuigilarent urbi disposuit, & singulæ duas regiones custodiebant, tunc enī erant regiōes, xiiii iis quinq; cohortibus præerat Præfectus uigilū, apud quē cognitio erat omniū scelerum, quæ nocturno tempore fieri solent, præsertim de incendio & latrocinio.

DE PRAEFECTO IN MILITIA.

SIngulorum ordinū in militia aliquādo præfecti creati sūt. hoc est quod sæpenumero præfectis alarū & cohortiū legimus. hoc scilicet erat uoluntate ducis, id est exercitus Imperatoris, aut Regis.

DE PRAEFECTO LEGIONIS.

PRæfectus legionis, absentis legati uicē tenebat. parebāt ei tribuni, hastati, pilani, cēturiones, & deniq; totus exercitus, arma equi, uestes, disciplinæ, ius annona. et ipsi⁹ cura erāt. puniebat, soluebat. eligabatur aūt iustus, diligēs, sobrius. cui necesse erat & aliū titulū habere. ipse etiā erat comes primi ordinis, quē Primipilū dicūt. q c. et lx. militib⁹ præ(est.

DE PRAEFECTO CASTRORVM.

CAstrorū præfecto curæ erat, Castrorum positio ualli fossæ, tentoria tabernacula, tormēta bellica, & cætera talia. item egri & medici. Is eligebatur peritissimus, ut alios edoceret.

DE PRAEFFCTO FABRORVM.



Rtifices qui sequebãtur castra, ut fabri lignarii, carpẽtarii, ferrarii, & cæteri, qui ad fabrilia officia deputati erãt, Præfecto fabrorum parebant. is eligebatur idoneus, & qui sciret bene castris prouidere, & præsertim in expugnatione urbiũ subterraneos cuniculos facere, & alia similia.

DE CONSVLIBVS.



Vlsis regibus auctore. L. Iunio Bruto Tribuno celerum, consulare imperiũ factum est. cũ omni regia potestate & insignibus. Consules dicti duo a consulendo, id est prouidendo. creati sunt comiciis centuriatis, a præfecto urbis, ex cõmentariis Seruii Tulli, & hi fuere. L. Iunius Brutus. q Tribunus celerũ erat. & L. Tarquinius Collatinus, anno ab urbe condita. cc. xliiii. Inde noui consules urbẽ lustrarũt, & primi iurarunt neminẽ Romæ se passuros regnare, & idẽ fecit populus. Apud eos summa totius imperii erat, hi senatũ populumq; p accensos & precones cogebant, hi exercitus ductabant. ab eorũ magistratu numerus annorũ signabatur. Prouinciæ consulibus describebantur, penes quos (ut inqt Pomponius) summum ius uti esset, lege rogatũ est. & ne per omnia regiam potestatem sibi uindicadicarẽt, lege cautum fuit, ut ab eis prouocatio esset, ne uepossent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi. Solum relictum est illis, ut coercere possẽt, & in uincula publica duci iuberent.

DE DICTATORE ET MAGISTRO EQVITVM.



Nno xii. ut alii uolunt. ix. post actos Reges

T. Largio Fauio. T. Clœlio Sicelo cons. ut alii scribũt. T Lar. Flauio, & L. Posthumio Cominio, cũ xl. Latinorum urbes auctore Octauio Manlio. coniurassent in Romanos. T. Largius a collega Clœlio & a Se. Po. Q. Ro. creatus Dictator fuit, Dictatura sũmus magistratus fuit, habebaturq; in summo periculo ultimũ remedium. ii secures Dictatorem præcedebant. ab eo ad populum prouocatio non erat, & ei capitis animaduersio data est. Sex mensibus durabat. designabat sibi Dictator Magistrum equitum, qui primus fuit Sp. Cassius.

DE QVESTORIBVS.



Omulus ut lib. vii Iuni. scribit, suffragio populi Quæstores binos creauit. alii uolunt Numam Pompilium. sed uerius constat de Tullo Hostilio. Quæstores ab inquirenda & seruanda publica pecunia dicti sunt. Capitalibus rebus præerant. Ciues Ro. capite punire iis licebat. Prouincias sortiebantur. Primũ patricii creati, postea indifferẽter patricii & plæbei. Et Varro sic ait Quæstores a quærendo, qui cõquirerent publicas pecunias & maleficia, quæ triũuiri capitales nũc conquirunt. & Pedianus ait Senatoris prima administratio erat, quæstorẽ fieri prouincia, curam gerere pecuniæ publicæ in diuersos usus erogandæ. Cornelius ait repetita lege curiata a Iunio Bruto, post exactos Reges quæstores duo creati, q rẽ militarẽ comitarentur Valerius potius, et Aemilius Mamercus. Duos deide addidit, q res urbanas curarẽt. mox cũ stipendiariæ prouinciæ fierẽt, duplicatus numerus. Post uero Syllæ legẽ creati. xx.

DE TRIBVNO PLAEBIS.

Nno.xvii.post fugam Tarquinorũ Aulo Vir ginio Montano.& T.Vetusio Geminio cõs. plæbes nexu grauata, & sæpenumero dece/pta seditionem fecit, & tandẽ Sicinio duce in sacrum montem secessit,qui distat ab urbe tribus milibus pas.trãs Anienem. Piso auctor est in Auentino secessionẽ plæbis factam esse. & cum illic plæbs arma non sumpsis set, mons sacer putatus est, unde nomen monti imposit ũ fuit. Huic Postu.Cõminio & Sp.Cassio nouis cons. decer nentibus.x.legati eliguntur ad plebẽ.quorum primus fuit Menenius Apripp a.qui oratione sua plebẽ patribus con ciliauit mense Septẽbri. Petiuit plebs ex suo corpore ma gistratum creari.tribunicia potestas hæc fuit.creati tribu nus fuere Tribuni quinq;.L.Brutus.C.Sicinius.C.Licini/us.P.Licinius.C.Lusiliꝰ Ringanus.quidã duos scripsere. C.Licinium & L.Albinum. Hæc fuit reip. pestis. Hinc ci/uile nefas ortum habuit. & quemadmodũ propter sediti onẽ esse cœpit, seditiosus magistratus semper fuit.Consu lare ius imminutũ.consulibus tribuni nõ parent,cũ cæteri magistratus pareant. Sacrosanctos enĩ uoluit suos tribu/nos uulgus.hi sedebant primi ad limẽ,& acta senatus mo do probabant,modo scindebãt. Dies uero quo tribuni e/lecti fuere.fuit iiii idus Decẽb.& in loco ubi castra posue/runt,erecta ara Ioui soluenti metũ. Tribuni dicti sunt(ut Pomponius ait)quod tunc in tres partes populus diuisus erat,aut a tribuum suffragio,quæ (ut Dionysius ait) tunc quattuor fuere. Legimus in historiis Diodori Tribunos quattuor creatos.C.Sicinium.L.Metorum.M.Durilium Sp. Attilium Appio Claudio, &. T.Curtio cons.& post

ãnno.xxv.tres tribuni consulari potestate creati.M.Ge/nutio Agrippa, & Curtio Chilone cons. Tribuni fuere.M Sempronius. L.Attilius Longus.T.Quintius,& post an nos sex totidẽ tribuni creati sub eadẽ potestate.Manius E milianus,Mamercus Clulius.L.Quintius.post iiii.annos iiii.creati.M.Minius. Q.Sontius Seruiliꝰ prætextatus. Cornelius cons. Sequẽti anno iii.M.Fabius.M. Fluuius. L.Seruilius.& sequẽti anno.L.Furius Sp.Pinarius,& pꝰ annos viii.q̃tuor.C.Furius.T.Quintiꝰ.M.Postumius.A Corneliꝰ. Hos omnes Tribunos cõsulari potestate fuisse (constat.

DE TRIBVNIS MILITVM.

Nno fere.lxx.post actos reges sequenti anno postq̃ tribunicia potestas consulari iure cessit oratione Canullei tres e patriciis creati Tri/buni militares consentiente plæbe omnẽ con sularẽ auctoritatem habuere, & hi fuere,L.Furiꝰ.L.Clœ lius Corinthius.A.Sempronius Atracinus. Sequẽti anno iiii.P.Lucretius.C.Seruilius.Menenius Agrip.Sp.Veru rius. Tertio anno,iiii.A.Sẽpronius. M.Papirius. Q. Fa/bius Sp.Nautius. iiii. anno duo. P.Cornelius. C.Fabius. quinto anno quattuor.L.Tube.C.Cornelius.C.Valerius censo.M.Fabius.Hi creabantur ex patribus & ex plæbe vi.anno ius imperii Romani ad cõsules rediit,q fuere.M. Cornelius.L.Furius.Officium aũt tribunorum militũ(ut Marcellus de re militare scribit)erat in castris milites cõ/tinere, & ad exercitationẽ producere, uigilias circuire, rei frumentarie præesse,querelas conmilitonũ audire,ualitu dinarios inspicere.quoniã is qui tali officio præest,& dare & obseruare castrensia omnia debet. Pedianus ait tribu/

norũ militariũ duo genera,primũ eo℞ q Rufulci dicũtur
& in exercitu creari solent. alii sunt comiciati, q comitiis
(signantur.

DE AEDILIBVS.


Læbs ubi e sacro monte ad urbẽ redit,a patri
bus impetrauit,ut liceret sibi alios magistra/
tus creare, qui tribunorũ ministri essent, q &
ædes sacras & priuatas procurarẽt, & qui an
nonæ præessent,creauit igitur Aediles quattuor,duos qui
ab solio eburno Curules dicti sunt,regiis utebãtur insigni/
bus,& ornati purpura,curã sacrificiorũ & ludorum habe
bãt.Scio & a qbusdam scriptũ esse,ædiles duos ex patri/
ciis creatos curules,eo tpe quo primus ex plæbe consul fa
ctus est.sed credibilius est,ut idẽ intelligant ædiles.memi
nit Dionysius lib.vi.et alios duos creauit plæbes præposi
tos annonæ, quos aliq putant a diuo Iulio constitutos,&
noiatos Cereales. ædiliũ curruliũ potestas adeo creuit,ut
ad eos summa rerũ & maiestas cõsularis imperii ueñerit.

DE CENSORIBVS.


Vm census auctus esset,& consules non suffi
cerent,duo creati fuere, ad quorũ censionẽ id
est arbitriũ,censeretur populus,& ob id cen/
sores appellati.Et primi fuerunt C.Papirius
& Sẽpronius.M,Geganio Macerino,& T, Quintio Ca/
pitolino cons.Creabãtur aũt quinto quoq; anno,qđ tem/
pus lustrũ appellabatur.Pædianus Asconius ait censores
qnto quoq; anno creari solebãt.hic prorsus ciues sic nota
bant,ut q senator esset eiicerẽt senatu.q eques Ro.equũ
publicũ pderet.qui plæbeius in centũ tabulas referretur,
& ærarius fieret,ac per hoc nõ esset in albo cẽturiæ suæ,

sed ad hoc non esset ciuis tantũmodo, ut ꝓ capite suo tri/
buti nomine æra præberet. Iidem cõpleto qnquennio lu/
strabant,& Taurilia sacrificia de sue,oue,tauro,faciebãt.
ciuiũ Romano℞ primus cẽsus factus est,sub Seruio Tul
lo lxxxiiii.militũ & DCC.secũdus census tertio anno post
fugã Tarqnio℞.C,Valerio publicola,& T.Lucretio cõs.
Inuẽta puberũ Romano℞.c.xxx.milia. Tertiꝰ cẽsus ãno
xii.T,Largio Flauio. Q. Clœlio Sicelo cons. Idẽ T,Lar/
gius dictator censum renouauit, inuenta puberũ Roma/
norũ.C.L,milia,& dcc.ãno.xix.idest ii.post tribuniciã ha
bitus a cõsulibus census q̃rtus inuenta ciuiũ Ro.c,lxi,mi/
lia.&,dcc.anno xxxvi,Seruio Seruilio,& A, Verginio cõ
sulibus,habitus census, inuenta ciuiũ puberũ plura q̃ cen
tũ & x,milia, & cæterorũ ccc. & xxx, milia,anno,xxxviii
A,Manlio,& L.Furio cons.habitus cẽsus sextus, & ciuiũ
Romanorũ incertus numerus. Supra annũ,lx.ciuium nu
mero(ut diximus)creati censores fuere.

DE DECEMVIRIS.


Nno ab urbecondita.ccc,ix.decemuiri ꝓcon
sulibus creati sũt,& iii,anno depositi,libidine
Appii Claudii,q Virginiã stuprauit, decẽui/
ri hi fuerunt Appius Cladius Regilianus.T,
Genutius.P,Sextius Sp,Venturiꝰ.C,Iulius.A,Maniliꝰ
C,Sulpitius.P,Curiatius.T,Romulꝰ.Sp,Postumiꝰ Cal
uinus,hi ex Athenis leges tulerũt in.x,tabulis.Datũq; est
eis ius summũ a qbus ꝓuocatio nõ erat,& datum etiã uti
leges corrigerẽt,& interprætarent.Sequẽti anno duas ta
bulas addiderũt,& inde appellatæ leges.xii, tabularum.
quidã uolunt non eburnis sed æneis tabulis impræssas le/

ges pro roſtris poſitas, quarũ ferendarum auctorẽ fuiſſe
x.uiris Hermodorum Epheſiũ exulantẽ in Italia ſcribunt,
ut Pomponius refert. Dionyſius pro Curiatio Oratiũ di/
cit. Sequenti anno x, uiri rurſus creati, Appius Claudius
Q. Fabius Vibolanus. M, Corneli9 Malugineſis. M, Ser
uilius. L, Minutius. T, Atronius Merenda. Manilius Ro/
boleus. Q. Apitelius, Ceſo Dralius Sp. Oppius Cor. a/
pud Diodorum ſunt. C, Sergius, & P, Manius. Tertio an/
no iidem prefuere, neq; ſenatu, neq; plæbe ſuffragia dan/
te, & ideo ui magiſtratum obtinuerunt.

DE PROCONSVLIBVS.

POſtumio Albo, & S, Fuſco conſ, bello infeli/
citer contra equos geſto proconſ, creatus eſt
T, Quintius, & is primus i eo magiſtratus fu
it. Eum ſex lictores præcedebant, cætera om
nia habebat uti conſules, & inde ſtatutũ eſt, ut q conſules
uno anno fuiſſent ſequẽti proconſules eſſent. Deinde Pro
conſules ad prouincias mittebantur, & ſinguli ſingulos le
gatos habebant, qui adminiſtrationi præſtarẽt auxilium.
Proconſ. poteſtatem exercet in ea prouincia tantũ, quæ ei
tradita eſt, uel decreta, niſi uocaretur in iuriſditionẽ uolun
tariã. Apud Proconſulẽ (ut Martianus ait) ſeruoꝝ manu
miſſio fieri poterat, & adoptio. Apud Proconſulis lega/
tum nemo manumittere poteſt. Sub Cæſaribus diſtinctæ
prouinciæ. Nam conſulares ſub ſenatu Po. Q. Romano
erant. Proconſulares ſub Imperatoribus.

DE PRAETORIBVS ET DECEMVIRIS ET CVRATORIBVS VIARVM & TRIVM VIRIS ET. V. VIRIS, ET C. VIRIS.

EO tempore quo ꝑtinacia Tribunorũ plæbis
qui Romæ ſine conſulibus qnq; annis præfu
ere. L, Seſtius ex plæbe cõſul creatus eſſet pa
tres, Præturã nouũ magiſtratũ, Sp. Furio Ca
millo. M. filio dederunt. Hic primus prætor urbanus fuit
a præeſſendo Prætor nominatus eſt. Prætoris inſignia ſel
la curulis, trabea, lictores ſex, & cætera conſulũ inſignia.
Pomponius in hæc uerba ait. Cumq; cõſules auocarẽtur
bellis finitimis, neq; eſſet qui i ciuitate ius reddere poſſet,
factũ eſt ut prætor quoq; crearetur, qui Vrbanus appel/
latus eſt, eo ꝙ in urbe ius redderet. Poſt aliquod deinde an
nos, non ſufficiente eo prætore, quod multa turba etiã pe/
regrinoꝝ in ciuitatẽ ueniret, creatus eſt & alius Prætor, q
Peregrinus eſt appellatus, ab eo, ꝙ plerũq; inter peregri/
nos ius dicebat. Deinde cũ eſſet neceſſarius magiſtratus,
qui haſtæ præeſſet decemuiri litibus iudicandis cõſtituti
ſunt. Eodem tẽpore conſtituti ſunt quattuor uiri, qui curã
uiarũ haberent. Et tres uiri monetales, æris, argenti, auri,
flatores, & tres uiri capitales, qui carceris cuſtodiã habe/
rent, ut ſi animaduerti oporteret interuẽtu eorum fieret.
Et qa magiſtratibus, ueſpertinis tꝑibus i publicũ eſſe icõ
ueniens erat, qnq; uiri cõſtituti ſunt cis Tiberim & ultra
Tiberim, q poſſent ꝓ magiſtratibus fungi. Deĩde præto
res creati ſunt numero captarum prouinciarũ, qui partim
urbanis rebus, partim prouincialibus præeſſent. Deinde
Cornelius Sylla quæſtiones publicas conſtituit ueluti de
falſo, de parricidio, de ſiccariis. Et Prætores iiii. adiecit.
Ab honore qui præturæ habebatur ius honorariũ appel
latũ, quæ prætorum edicta erant, honoratus dictus.

DE PROCVRATORE CAESARIS.

PRocuratori Cæsaris, oīs res familiaris cōmissa erat, etiā quicqd is ægisset ratum erat apd' Cæsarem, & penes hunc magna erat auctoritas.

DE IVRISPERITIS.

PVblius Papyrius primus apud Romanos regias leges in unum contulit. Ab hoc Appius Claudius Regilianus decē uir, cuius maximū consiliū in.xii. tabulis cōscribendis fuit. Post hūc eiusdē familiæ Appius Claudius Centumanus, q uiā Appiam strauit, & aquā Claudiā induxit, et de Pyrrho in urbem non recipiendo sententiā tulit. actiones scripsit, & primū de usurpationibus, qui liber non extat. Idem, R, literā inuenit, unde Valesii Valerii, & Fusii Furii dicti sunt. Fuit post hos maximæ sciētiæ Symphronius cognomēto Cata, Deidē C. Scipio Nasica optimus a senatu iudicatus cui publice domus in sacra uia data est, quo facilius cōsuli posset. Deinde Q. Mutius, qui ad Carthaginēses missus est legatus, cū essent duæ tesseræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato utrū uellet referret Romā, utrāq; sustulit, & ait, Carthaginenses petere debere utrū mallēt accipere. Post hos fuit Tiberius Coruncanus, qui primus profiteri cœpit, cuius tamen scriptū nullū extat. Deinde Sex. Elius & frater eius P. Elius ambo consules. Ennius Sex. Elium Catū appellat. Deinde Cato Portiæ familiæ princeps Tusculo genitus, cuius libri extāt. Postea P. Mutius, & L. Brutus, & P, Manilius ius ciuile fundauerūt. Ex his Mutius cōsularis fuit, & x. libros reliqt. Brutus prætorius vii. Manilius consularis & pontifex maximus tris. Ab his ꝑfecti sunt P. Rutilius Rursus consul Romanæ & Asiæ procon. & P, Verginius, Q. Tubero ille Stoicꝰ. Pansæ auditor & consul, & Sex. Pompeius, Cnei Pompei patruus. Eodem tēpore Cælius antipater, q plus eloquentiæ q̄ scientiæ iuris operā impendit. & L. Crassus Mutianus P. Muti frater, quē Cicero iuriscōsultorū disertissimū dicit. Post hos, Q. Mutius, P. filius Ponti. Max. ius ciuile redegit in lib. xviii. Mutii auditores fuerunt cōplures, sed præcipuæ auctoritatis Aquilius Gallus, Lucilius Balbus & Sex. Papirius. De hinc Seruius Sulpitius, qui in causis orandis post M. Tulliū primū obtinuit locū. repræhēsus a Q. Mutio, qd' ius non intelligeret, iuri operā dedit sub Lucilio Balbo, & Aquilio Gallo. Seruius cū in legatione perisset Po. Ro. statuā ei pro rostris erexit, quæ hodie extat in foro Augusti, reliqt c.lxxx. libros de iure ciuili. Seruii disciplina manauerūt Alphenus Varus. C. Flauius. A. Ofilius. Titius celsus. Aufidius Cura. Aufidius Mamusa Flauius Priscus. Ca. Atteius Antistius. Labeo paternus P. Celsus. Libri digesti fuerunt ab Aufidio Mamusa. Ex his Alphonus consul fuit & Ofilius Eq. ordinis, q edictū prætoris diligēter primus composuit. Fuit eodē tempore Trebatius Cor. Maximi auditor. A. Caselius. Q. Mutiꝰ Volusii auditor Quæstorius, consulatū eni renuit offerēte Augusto. Ex his Trebatius perito Casellius eloquentior, Ofilius utroq; doctior. Deinde Elius Tūbero, q postq̄ accusauit. Q. Ligariū, nec obtinuit apud C. Cæsarē, a causis agendis ad ius ciuile transiit. Cicero Ligariū defendit oratione satis pulcherrima. Post hunc Atteius Capito, qui

consul fuit, Ofilii imitator annum sic diuisit ut Romæ. vi. mensibus cũ studiosis esset, & totidẽ in recessu in conscribendis libris. ideo reliquit uolumina. xl. Labeo ingenii q̃litate & fiducia doctrinæ, qui etiã præ cæteris operã philosophiæ dederat, plurima inuocare instituit. Atteio Capitoni Messurius Sabinus successit. Labeoni Nerua, q fuit Cæsari familiarissimus. Massurius Sabinus eques Romanus publice primus scripsit. hoc beneficium a Tiberio Cæsare dari cœpit. Nam ante tempora Augusti publice respondendi ius a principe non dabatur, sed qui fiduciam suorum studiorum habebant, consulentibus respondebant, neq; responsa utiq; signata dabant, sed plærumq; iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur qui illos consulebant. Primus diuus Augustus ut maior iuris auctoritas haberetur, constituit ut ex auctoritate cuius responderẽt, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit. Et ideo optimus princeps Hadrianus, cum ab eo uiri prætorii peterent, ut sibi liceret respondere. Respondit eis, hoc non peti, sed præstari solere. & ideo si quis fiduciã sui haberet, delectari se populo ad respondendũ se præstaret. Igitur Sabino concessum est a Tiberio Cæsare, ut populo respõderet, cui cũ amplæ facultates non essent, a suis auditoribus sustentatus est. Sabino successit Cassius longinus natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruii Sulpitii, is & consul fuit cum Cratino sub Tiberio, a quo propter auctoritatem ciuitate pulsus fuit, & ab Imperatore Vespasiano reuocatus diem obiit. Neruæ successit proculus. fuit & eo tẽpore & Nerua alius, & alius longinus eques Ro. & prætorius. Sed Proculi auctoritas maior fuit. Nam &

qui successere partim Proculani, partim Cassiani appellãti sũt, quæ origo a Capitone & Labeone cœperat. Cassio, Celius Sabinus successit, q plurimũ sub Vespasiano potuit. Proculo successit Pegasus, q sub Vespasiano præfectus urbis fuit. Celio Sabino, Priscus Iabolenus. Pagaso Celsus. Celso patri, Celsus filius. & Priscus Neratius, qui utriq; consules fuerunt. Iabdeno Prisco. Eburnius Valẽs. & Tuscianus. Item & Sabinus Iulianus.

POMPONIVS LAETVS DE SACERDOTIIS, & primo de prima religione apud Latinos.

FAunus antiq̃ssimus omniũ regum in latio fuit. Aboriginibus imperauit, homines more ferarũ uiuentes in mitiorẽ uitam redegit, Lucos sacrauit, locis & urbibus nomina dedit, ædificia erexit, templa ædificauit, quæ ideo a Fauno, fana dicũtur, q̃ pontifices sacrando illic fantur. Faunus in latio cultum deorum instituisse fertur. quidã scribunt ante Faunũ imperasse Ianũ, & cultum deorũ demõstrasse. Fauni soror Fatua uaticinatrix, ab ea uates Fatuarii dicũtur. Hæc trãditur mulierũ castissima, ideo eã Romani Bonam deã appellauere, cuius templũ est in saxo Auentini mõtis, unde ingressus uirorũ ꝓhibetur, & ei fœminæ tñ sacrificant.

DE LVPERCIS.

LVpercalia sacrificia ad expiandos manes fiebãt. Græce Licea dicta a Pane, lyceo numine Arcadico, quẽ Romni uocãt Iunũ, & idẽ putatur esse Faunus, Licæo sacrificatur in spelũca quæ sub Palatino mõte est. Mensis quo hæc sacra fiũt,

Februarius, a februando id est purgãdo dicitur, & dies Lupercaliorũ februata. Euander ex Arcadia hoc solennæ in Latium tulit, & instituisse fertur ut nudi iuuenes Lycæum Pana uenerãtes, ꝑ lusum atq; lasciuiã currerẽt, hoc primũ ludicrũ, id est Lupercal Romu. accœpit, dictũ uidetur a lyceæ, qa lycos est, inde Lupercal. Scribunt aliqui a lupa nutrice Romuli ac Remi. Nam ab eo loco solẽnæ incipit ubi lupa, lac, uagienti præbuit, aut a capris, ut sit luere, id est purgare per capras, capreæ in eo sacrificio mactãtur, aut ꝙ Pan lupos arceat. Traditur & alia causa quare nudi Luperci, aut ꝙ Faunus ꝑ uestes ab Hercule delusus fuerit, & meminit Ouidius, aut qđ cæso Amulio Romu. ac Re. fœdati uult⁹ sanguine, nudatis gladiis & uestibus succincti, ab alba usq; ad ficum Ruminalẽ cucurrerũt. Vnde seruatur in Lupercalibus, nobiles adolescentes faciẽ sanguine sibi fœdant, & alii accurrunt cũ lana lacte madida, tabũ abstergentes. Aut ꝙ cũ Romu. in palestra esset, nudus latrones insecutus fuerit, & uotũ Pani Lycæo fecerit. Sed ego uerius puto uel a Lyceo uel a lupa: Ideo Romani in Lupercalibus canẽ immolant, quoniã naturaliter canis lupis aduersatur, ob quod Romul⁹ lupæ nutricæ gratias habere uidetur. Luperci tergora capris eripiãt, & succincti discurrunt circũ antiquum oppidũ, id est palatium. occurrentes coriis uerberant. Fœminæ ultro obuiam occurrunt, facilem partum sperantes.

DE POTITIIS, ET PINARIIS.



Ictor Hercules, cæso Gerione Chrysauri filio in Eritra, quæ est insula oceani Hispani, abacto nitidarum boum armento, in latiũ uenit, & prope

Tyberim loco herbido ꝓcubuit, ut læto pabulo reficeret boues, Cacus latronũ princeps eximias boues duas, caudis in speluncã traxit. Hercules somno excitatus, lustrato grege cum partẽ abesse numero sensit, oĩa circuit, aduersa uestigia cõperit. confusus uouitate rei ex loco infesto agere armentũ cœpit. Cum actæ boues desiderio relictarum mugissent, reddita fuit e spelunca uox, quæ Herculẽ conuertit. inuenta fraude Cacũ neci dedit. Concursus trepidãtiũ pastorum, aduenam reũ cædis faciũt apud Euandrũ, qui miraculo litterarũ, inter rudes artiũ homines, ea loca tum regebat. Is intuens habitũ formamq; uiri rogat, qui uir esset, ubi nomen patremq; ac patriã accœpit, quia sic Carmentis mater eius uaticinata fuerat, extẽporalem arã Herculi erexit, Iuuencũ indomitum mactauit. Inde seruatum est ut quotannis Romani bouem indomitũ Herculi immolent, & Hercules epulũ populo dedit, sacrũ fieri uoluit a Potitiis & Pinariis, quæ tũ familiæ maxime inclytæ ea loca incolebant. Forte euenit ut potitii præsto essent, hisq; exta apponerent, & pinarii qa tardi fuere, extis adesis, ad cæterã uenirent dapẽ. Potitii ab Euãdro edocti, antistites sacri eius, diu fuerunt, postea cũ interiissent, empti de publico serui, officiũ exercuerunt. ara ab Euandro erecta, cui Hercules decimas soluit maxia uocat᷑, et proxima est foro boario, ubi ex uoto decimæ fiũt. Tradũt q uelit dies fieri, Herculi decimas soluat. hinc opes. M. Luculli factæ memorant᷑. & ipse Hercules thesaurorũ deus putat᷑.

DE FRATRIBVS ARVALIBVS, QVI primi fuerunt filii LAVRENTIAE.



Assurius Sabi. qui tempore Augusti fuit. xii.

suscepisse liberos Accam Laurentiã scribit, ex quibus cũ unũ extulisset, grauiter indoluit. Romulus in demortui locum se dedit, & ita nutricẽ pientissime consolatus est. Ab numero duodenario, aruorũ sacerdotes. xii. esse uoluit (& ut Plinius ait) se inter liberos Accæ Laurentiæ fratrẽ duodecimũ appellauit. Fratres Aruales hi nominati sunt, qui sacra publice faciunt propterea ut fruges ferãt arua. a ferẽdo igitur & aruis, ut Varro scribit, fratres aruales dicti sunt. Laurẽtiam in eo sacerdotio dedisse Romulo spiceã coronam pro religiosissimo insigni, quæ uitta alba colligaretur, & item Plinius ait.

DE AVGVRIBVS.



VGurandi ars antiquissima a Chaldæis ad Græcos, apud quos Amphiaraus, Mopsus, & Calchas sũmi augures habiti sunt, a Græcis ad Etruscos uenit, ab Etruscis ad latinos, ipse Romanorũ pater Romulus augur fuit, & ideo instituit magistratus auguriis confirmari, & posteri nõ nisi augurio iubẽte res inchoabãt. Locus auguriis templũ erat. Augur uersus orientẽ sedebat, capite uelato lituũ dextra tenens manu, idest curuũ baculum, quo in cœlo regiones diuidit, & quæ auguria ueniunt prædicit. si leua fuerint, quia aliena parte septentrio est, felicia pronunciat, pars illa orbis propter altitudinẽ prospera putatur, & a dextra parte meridies, quia depræssus est, infelix. Dionysius meminit antiquã augurandi obseruationẽ fuisse etiã Aboriginum. Nam Ascanius priusq̃ aciem contra Mezentium educeret, auguriũ captauit, & ubi micare a sinistris fulgur conspexit, pugnauit, & uictor fuit. Tantaq; ueneratio &

utilitas inde fuit, ut collegiũ Augurium constitutũ sit, & primũ tres augures fuere a tribus tribubus, sic instituisse Romulũ tradit Dionysius. inde q̃ttuor creati. Tandẽ plæbe p tribunos id petente, qnq; plæbei augures, q̃ttuor patriciis adiuncti fuere, & sic nũerus nouem augurũ mansit.

DE VESTALIBVS.



Estalem ignem cũ Penatibus Aeneas e Troia in Latium tulit, cõdito Lauino Vestæ ædem sacrauit. Postea Ascanius condita Alba templum uestæ ædificauit, in montis Albani parte, cui suberat lucus, ĩ quo Ilia Romuli mater a Marte cõpræssa fuit. Vestæ ministræ uirginitatẽ seruabant. Mos Latinis fuit generosas & castas uirgines legi. Post multos annos Romulus castissimas sacrorũ cerimonias cõstituit. & (ut Varro tradit) sacerdotes. lx. qui publica sacra facerent, per tribus & curias creauit, a uirtute & generis nobilitate. Inopes & aliqua parte corporis debiles sacerdotes fieri uetuit, & ĩ curiis singulis Vesta quædã cõmunis erat. Templum Vestæ Romulus cõdidit, & uirgines legit, sed frequens opinio, Numam Pompiliũ asserit. Credibile est Romulum, qui in omnibus curiis Vestam esse uoluit, separatim nõ posuisse. Rotunda effigie templum est inter Capitolium & palatiũ, in eo seruabatur perpetuis ignis, qa Vesta nihil aliud est q̃ purus ignis. Sunt q dicũt alia quædum arcana in eo tẽplo seruari etiã pontificibus & uirginibus ignota, quidã duo dolia nõ magna, alterũ clausum, alterum apertũ, in quo nihil est. Quidã aiunt a uirginibus Palladium seruari cælo lapsum, in Troia. Primæ uirgines a Numa electæ q̃ttuor fuere, Gegania, Berenia, Camillia

c 3

Tarpeia. Duæ aliæ a Seruio Tullo additæ. Caſtitas uir/
ginibus terminata eſt in,xxx.annos.x.primis diſcit uirgo,
totidem miniſtra eſt, in reliquis docet. Poſt.xxx.annos nu
bendi poteſtas ei ſit. Prima quæ capta fuit Amata tradi/
tur,ideo cum capitur uirgo,hoc nomẽ ei imponitur,capi/
tur a pontifice non minor annis.v. & non maior.x. & quæ
non ſit patrima & matrima,neue lingua,ſenſu auriũ,dimi
nuta,aliaue corporis labe, neq; filia ſerui,neq; eius qui do
micilium in Italia non haberet. Veſtalis ſi petulanter deli
quiſſet,uerberabat᷑ a pontifice.ſi inceſta fuiſſet,hoc mo/
do pœnas luebat. Vincta efferebatur in ſandapila per me
dium forum uſq; ad portã Collinam,ibi tumultus impu/
dicarum ueſtalium inter muros imminet,in quo eſt parua
cauerna ſubterranea,ad quã per foramen ſcalis deſcendi/
tur,in qua eſt ſtratus lectulus, & lucerna ardẽs, & panis,
lac,oleum,ne fame intereat. Deponitur hic ueſtalis,ſolui/
tur uinclis,capite uelato in ſuppliciũ ducitur. Pontifex cũ
arcana quædam pronunciauit,cũ ſacerdotibus terga uer/
tit, & ſtatim impudica ueſtalis in cauernã dimittitur.inde
foſſa tellure repletur uſq; ad operculum. Ea die ſilentium
& mœſtitia in tota urbe eſt.

DE FLAMINIBVS.

DIalem & Martialem flaminem Romulus in/
ſtituit. Numa Quirinalem addidit. Varro aſ/
ſerit Numã Pompilium flamines ſingulis di/
is feciſſe, & ab eis nomina ididiſſe,hinc reſp.
hominibus in cœlum relatis flamines decreuit. Dicti autẽ
ſunt ex geſtatione pileorum,quaſi pileamines,quidã aiũt
ab inſulis,quas flammæ uocant,eorũ miniſtri Flamminii

dict, & miniſtræ flaminulæ, ſed rex omniũ ſacrarũ admi
niſtri,Camilli dicebant᷑. Flamines nõ poterant niſi ſinguli
ſingulis diis attribui, & nephas ſine pileo erat egredi do/
(mum.

DE SALIIS.

SALIos.xii. Marti gradiuo legit Numa. dicti
a ſaltando, quod facere in comiciis quotan/
nis & ſolent & debent, uerſicoloribus tuni/
cis ornati, per urbem tripudiant ſuccincti æ/
neis baltheis. Togas fibulis nectunt, quas trabeas uo/
cant, geſtant in capite pileos quos uocant apices. gladio
accinguntur, dextra lanceam aut uirgam ferũt,leua thra
ciam peltam, cæleſtia ſunt arma, ancile uocant,id eſt cir/
cũ exciſum,id fertur cælo lapſum in regiam Numæ,anno
viii.regni eius. Lege cautũ erat ut Salii liberi eſſent & indi
genæ, & quorum uterq; parens uiueret, & cuiuſcunq; for/
tunæ pauperes aut diuites. Quidã Salios appellatos pu/
tant a uiro Samothrace ſeu Mantineo nomine Salio,qui
ſaltationem in armis inuenit. Tradirur Tullus Hoſtilius
duplicaſſe numerum Saliorum.

DE FECIALIBVS. & PATRE PATRATO.

FEciales dicti quod fidei publicæ inter popu/
los præerant, nam per hos fiebat, ut iuſtum
conciperetur bellum, & ut fœdere fides pacis
conſtitueretur. Eos inſtituiſſe dicitur Numa,
cum indicendũ eſſet bellum Fidenatibus, hi mittebantur
priuſq̃ concipetur bellum ad res repetendas, & ſi non im/
petrabant bellum indicebant. Fecialiũ unus qui patrẽ pa
tratum faciebat,ex ipſis fœcialibus electũ,ſacris ueſtibus
ornatus ad auctores iniuriarũ procedebat, priuſq̃ urbem

intraret, Ianitorē uel alium qui obuiā fuisset alloquebatur quibusdā imprecatiōibus, inde in forum pergit, illic disse/rit qua causa uenerit. Tempus ad consultādum dat. xxx. dierū si per hos dies res infecta maneret, diis cœlestibus manibusq; inuocatis abit, & ad senatum refert, & ubi in senatu quod iustum piumq; esset actum erat, fœcialis bel lum indicebat. Fœcialium sacra nefas uiolare erat. Nam Fabius cum ea uiolasset, urbs Ro. a Gallis Senonibus euersa fuit. dicuntur Fœciales a fœdere faciendo seu feri/endo. Pater patratus a patrando, id est sanciēdo fœdere. quidam a fœcialibus creabatur qui tātum in fœdere san/ciendo præerat, ut quidam scribunt.

DE PONTIFICIBVS.

POntifices e patrib9 legit Numa, & ex iis pō tificem Maximū fecit Martium Martii. F. & ipsius Numæ generū, cuius scitis omnia pub lica priuataq; sacra subiecit, ut esset quo con sultum plæbs ueniret, & idem nec cælestes modo cerimo/nias, sed & iusta funebria, & prodigia quomō susciperen/tur & curarētur. Defuncto Pont. Max. alius eligebatur, non a populo sed ab ipsis pontificibus. Appelati sunt (ut Varro scribit & Dionysius) a ponte sublicio quem refici/ebant. quare uidētur a Numa non pontifices, sed sacerdo tū principes nominari. Et inde regnante Anco Mar. quā/do sublicius pons factus fuit, a ponte pōtifices appellati. & ideo sacra ab eis trans Tiberim non mediocriter ad pontem fiunt. Sceuola Pont. Max. dicebat pontifices di/ci a posse & facere. Quidam scribunt ab eo q; potentia sacra perficiant.

DE REGE SACRIFICVLO.


Ostq̃ Romani iam liberi extincto Regio no/mine, consules crearunt, nec ubi desiderium regis esset, propter quædā sacra publica quæ reges faciebant, Regem sacrificulum consti/tuerunt, & e patribus elegerunt. C. Maniū Papyrium, & id sacerdotiū pontifici subiecere, ne nouæ libertati additus nomini honos officeret. is Papyrius quietis studiosissimus fuit. Idē fuisse memoratur q leges Numæ ab Anco Mar tio in tabulis quernis iscriptas rursus in publicū traduxit.

DE GALLIS MATRIS DEVM.


Alli sacerdotes Cybelis matris deum sunt, & semimares id est castrati, ab eo q; dea puerū phrygium amauit Atym, cui præcepisse dici tur ne concumberet ille cū Pagaratide nym/pha coiuit sub arbore. Cybele excisa arbore uicta est. pu/er ad Dyndima aufugit & uirilitatē sibi amputauit, ideo Cybele castratos sacerdotes habere mauult. Secūdo bel lo Punico Romam etiā deportatus est sacer lapis, quem matrem deū incolæ dicebāt, per legatos tres. M. Valeriū L. Eminiū. & C. Ceciliū Galbam, & quæstores duos. Cn. Tremellium Flaccū. & M. Valeriū Falconem receptaq; fuit dea Romæ a sapientissimo hoie. P. Scipione Nassica qui a senatu in tota ciuitate uir optimus iudicatus fuit, & quod magis admirabile est adolescēs erat. Galli dicti sunt a Gallo flumine phrygiæ. testes samia testa sibi ampu/tant. Rhea nominatur Cybele a monte Cybelo, quæ est pars montis Dyndimi.

DE DVVMVIRIS, &. X. VIRIS SAcrorum.

DVumuiri a Tarquinio supbo instituti fuerũt, qui soli inspicerent libros Sibyllinos, deinde cum plæbes creari ex suis instaret ex plæbeis patricii creati.x.& inde.xv. qui libros inspi/cerent,sic & duumuiris ad.x.uiros &.xv. uiros res deue/nit,& aliquãto data cura corrigendorũ fastorum fuit.Hi Februariũ qui ultimus erat post Ianuariũ posuerunt.

DE EPVLONIBVS.

VEteres pontifices(ut ait Cicero)propter mul titudinem sacrificiorũ tres Epulones esse uo/luerunt,ut ludorum epulare sacrificium face rent.id sacerdotium antiquum fuisse constat, sed de ætate nondum legimus.numerus auctus fuit.Duo additi,& qnq; fuere Epulones,& postea theatraliũ ludo/rũ atq; circensiũ ambitiõe septẽ fuisse Epulones legũtur.

DE TITIIS SODALIBVS.

SOdales Titii sacerdotes extra urbem habi/tabant,& in tuguriis certa auguria seruabãt, quoniam ad id deputati a pontificibus erant. nomen inditum est ab auibus.

POMPONII LAETI DE LEGIBVS LIBELLVS.

IVS pluribus modis dicitur.Naturale quod est cõmune omnibus animalibus.Ius gentiũ quo gentes humanæ utuntur.Ius ciuile quod ex legibus plæbiscitis,senatuscōsultis,decre/tis principum,& auctoritate prudentium uenit.Ius publi cum in sacerdotibus & magistratibus consistit.Ius priua/

tum ad singulorũ utilitatem.Ius etiã dicitur locus in quo ius redditur,ut meminit Paulus de lege & legis origine. Lex ut Chrisip.diffinit,est diuinarum & humanarum re/rum noticia.Lex dicitur rogatio & obnunciatio.Lex do/num est dei,dogma hominũ sapientũ,coertio uoluntatis. Legis uirtus est imperare,uetare,punire,permittere.Lex est æternum quoddam,quod uniuersum mundum regit, imperandi,prohibendiq; sapiẽtia.Ex hac lege,lex nostra est,ratio mensq; sapientis æqualis dei est lex,constatq; ad salutẽ ciuium ciuitatumq; incolumitatem,uitamq; omniũ quietam & beatam.Igitur ubi lex non est,quies & beati/tudo non est,& apud illos antiquissimos mos sapientium lex erat,id erat quoniã antiquitas proxime accedebat ad deum.Lex magistratibus præest,& magistratus populo. Optime putat Cicero magistratũ esse legem loquentem. Imperandi & obtẽperandi modus debet esse.Nam & qui bene imperauerit,aliquando obtẽperet necesse est.& ipsi mortales non solum obtemperare & obedire magistrati/bus debent,sed eos colere,atq; diligere.Potestas est facul tas a populo seu principe publice data.Magistratus dici cœptus est cum a populo creatus fuit magister populi id est dictator.Prima fertur Ceres dedisse leges mortalibus, postea ipsi sapiẽtes.Phoroneus Argiuis dedit.Moyses cæ lo lapsas Hebræis.Aegyptiis Mercurius.Draco & So/lon Atheniensibus.Minos Cretensibus.Lycurgus Lacæ/demoniis.Turiis Charundas.Romanis Romulus.

ILia & Fusia lege resistebatur perniciosis legi bus,in ciuitate,quæ ideo erãt propugnacula & muri ocii & trãquillitatis.sed Clodius.tr.

pl. L. Pisone, & A. Gabinio conf. iiii. leges tulit. ex iis secũda fuit, ne quis per eos dies qbus cũ populo agi liceret, de cælo seruaret, & quarta cauebatur, ne quẽ censores in senatu legendo præterirẽt, neue quẽ ignominia afficerẽt, nisi qui apud eos accusatus, & utriusq; censoris sententia damnatus esset. Hac lege diminuta est cẽsura, quæ est magistrã uitæ & modestiæ.

Aurelia lege cõmunicata sunt iudicio senatui equitibusq; Ro. & tribunis ærariis. eã tulit Aurelius Cotta prætor.

¶ De leg e Acilia. Manius Acilius Glabrio legem tulit de pecuniis repetundis, in qua ne comperendinari qdem re[illegible] sinit. L. Piso primus tulit legẽ de pecuniis repetundis.

De Annonia lege. Clo. Tr. pl. de annona legem tulit ut frumentum quod antea senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur.

De Annaria gege. Ea lex annorum modum finit, quibus magistratus capiendi potestas sit.

De Aterma lege. Hæc lex cum mos priscus fuisset irrogandæ multæ p magistratus ouis aut bouis nomine, ouis ære deno, bouis ære centeno diffiniuit.

De Aquilia. L. Aquilia Lex ab Aquilio lata, de dolo malo, de fraude, de deceptione, de simultate.

Cincius legem tulit qua cauet antiquitus, ne quis ob causam orandam donum pecuniamue acciperet.

Calpurnia lege, pecuniaria pœna inter alias pœnas adiecta fuit. L. Calpurnius Piso eam tulit.

Cornelia lege cauetur ne quis legatis exterarũ nationum pecuniam expensam ferret. A. Cornelius consul tulit. & idem aliam tulit, Ne quis in Senatu legibus solueretur,

nisi ducenti affuissent, ne quis cum solutus esset intercederet, cum ea de re ad populum ferret. Tulit idem Cornelius ut prætores edictis suis ius dicerent. lex est a Cornelio quodam lata, ut homines qui parricidii causa telo accincti sint, gladio persequantur.

Au. Cassio Longino lex lata est Cassia, qua populus per tabellam suffragia ferret.

C. M. C. Flacco conf. alia ab eodem lata, ut ille quem populus damnasset, cuiue imperium abrogasset, in Senatu non esset.

Fabia lex a Fabio lata, a qua adiecta pœna est illis q deducunt & sectantur candidatos in comitia.

Frumentaria lex a Sempronio Graccho lata est, qua frumentum e publico distribueretut Po. Ro..

Lege Falcidia a Falcidio lata cauetur, ne plus dodrãte legare liceret, ꝓpterea qđ multi hereditatẽ recusabãt.

Flauius legem tulit de plagiariis, Cum quis dolo seruum aut pecus a domino & filium a patre subtrahit.

Gabinius legẽ tulit q̃ bellũ Cn. Pompeio magno contra pyratas datũ est cõtrã. C. Trebelli Tr. pl. intercessionẽ.

¶ Iunius Siluius conf. cum Q. Cecilio Metel. legem tulit bello Cimbrico, quod diu praue & infeliciter gestum est, propter diminuta militiæ stipendia.

Iulia lege puniuntur adulteri. Idẽ Iulius Cæsar legem tulit de peculatu in eos q remp. uel sacra furati sunt, uel furantibus auxiliati sint, uel furta scientes susceperũt.

Cum adolescentes in contractibus circumueniri solerẽt, Q. Lectorius pœnam de prætoribus adiecit.

C. Licinius Crassus oraror & Quintius Mutius Sceuola

pont. max. legem tulerunt de regundis ciuibus, ut in suæ quisq; ius ciuitatis redigeretur.

Cum multi Itali cupiditate ciuitatis Ro. tenerētur. L. Manilius legem tulit ut quando res a nobilibus aduerse gestæ fuerant, illi ad magistratus gerendos admitterentur, quorum maiores in Romana republica magistratum nō exercuissent. huiusmodi autem noui appellantur.

Otho Tr. pl. legem tulit, ne quis cum ordine equi in spectaculis sederet, nisi sestertia quadrāginta possideret, qđ si cōtingeret, quisquis esset, siue ingenuus, siue libertus inter equites spectare liceret in gradu xiiii.

M. Oppius legem tulit ne superfluo ornatu mulieres Romanæ uterentur, neue pilentis id est rhedis pensilibus uterentur, neue plus uncia in auribus appenderent.

Q. Hirtensius legem tulit eo iure quo populus statuisset, & omnes Quirites tenerentur.

C. Pompeius Strabo lata lege ueteribus incolis trāspadanis, ius latii dedit, qđ cæteræ coloniæ latinæ habebāt, ut petēdi magistratus & ciuitatis Ro. ius adipiscerent.

Cn. Pompeius magnus legem tulit, ut quæstor suffragio populi ex his qui consules fuerant crearetur. Idem Pomponius legem tulit qua asperrima pœna parricidas afficit. Si quis parentis, filii, fata præparauerit, clam & palam insutus culeo cū cane & gallo gallinaceo, & uipera, & simia, in mare aut in flumen proiceretur.

¶ Lege Papia prohibentur peregrini uti urbe Ro.

¶ M. Plocius Sil. tr. pl. Cn. Pompeio Strabone, & L. Portio Catone cōs. legē tulit, ut singule tribus quos denos ex eo numero suffragio crearent, qui eo anno iudicarent.

L. Rosius Otho. cos. legem tulit, ut in theatro equitibus Ro. ordines .xxiiii. spectandi gratia darentur.

¶ Satyra lex est quæ uno rogatu multa & uaria comprehendit.

P. Scantinus legem tulit qua puerorum concubitores graui supplicio afficiuntur.

Lege tutelari cauetur, ne quis tutor per simulationem pupillum fraudet.

Q. Varius tr. pl. legē tulit ut quereretur de his, quorū ope consilioue socii Po. Ro. arma sumpsissent.

Voconius legem tulit, ne quis census hoc est pecuniosus hæredē unicā relinqueret filiam. erat autē census ille qui .c. milia in professione detulisset.

Valerius Publicola legē tulit, ut nulli magistratui liceret corpus Romani ciuis, indicta causa cōdemnare, liceretq; damnatis ad populum prouocare.

Hæc habui. M. Panthagathe, quæ de magistratibus, & sacerdotiis, & legibus compendiose scriberē, ut ex eo cōpendio aliqua ad nostros utilitas pueniat, & ita depinxisse opinor, ut añ oculos, uelut in tabella posuerim. Scribant alii diffusius. Pomponio satis est placere suis. Vale.

Impræssum Craccouiæ per Hieronymum Vietorem Anno Christi. 1518. Mense Iunii.





Janus Bifrons.

